

Ade Vuernheri Temarensis Exhortacio ad
Clerum ut horas Canonicas nō negligat.

Placatum quicumq; Deum tibi Clerice quaeris:
Horas septenas murmure funde pio.
Qui iam dissimulat: olim duram rationem
Exiget: ast nullo fallitur asse Deus.
Quā misere ipse lues neglecta: luenda memento:
Prouidus & Domino debita solue tuo.
Tempore redde suo que debes. Absit ut vnquā
Te retrahat (vehemens sit licet) ipse labor.
Sic ad vota tibi succedent prospera cuncta:
Et nunc & gelatum quū tibi corpus eris.
Horrissonoc; tubę: nihilum clangore pauesces:
Sed venies letus ludicis ante thronum.

Prouerbiū vetus.

Pulvere qui ledit: scribit. Sed marmore: Iesus.
Der geschmecht vuirdt / nit bald vergifft.
Des sich der Schmäher nit vermissi.

Distichon Iacobi Vuimphelingi
Sletstatini.

Foelix Plebanus: foelixq; Parochia: sub qua
Nec Naam / Abraam / nec Sem / nec viuūt Helias.
Per Naam intellige Leprosū. Per Abraam Ius
deum. Per Sem officiatos & potentes huius se
culi. Per Heliam monacū.